

D. Rev /3

Emendationes ad Schema "De divina Revelatione"

Schema in genere valde placet. Placet imprimis quod notiones revelationis et traditionis ample enucleentur iuxta placita melioris progressus theologiae biblicae necnon theologiae pastoralis de hac materia.

Placet omnino quod textus prudenter agit de relatione inter S. Scripturam et Traditionem, intacta relictam quaestione obscura et disputata de relatione inter Scripturam et Traditionem.

Valde placet Cap. V, "De Novo Testamento", et specialiter formula quae adhibetur ad describendam historicitatem Evangeliorum.

Ad emendationes particulares quid attinet, sequentes videntur nobis esse exponendas:

Ad. n. 3:

p.6, lin. 22: Data hodierna cognitio de longa aetate humanitatis hic in terris tempore praehistorico, videtur opportunum ut aliquid emendetur dicatur de oeconomia salutis Dei erga homines illa aetate viventes, quae in foedere inito inter Deum et Noe figuratur. Quapropter libenter ahaeremus additioni ad textum propositae ab E.mo. Crdinali Doepfner, parva tantum additio ne nostra facta. Addaur ergo in lin. 22 haec paragraphus:

"Genus humanum protoparentibus descendens, immenso historiae eius decursu, Deus intuens Christum redemptorem, sua providentia saluari suaque illuminante gratia nunquam plene dereliquit, se semper praebuit media ut fide in Deum possit salvari, quem praedestinatio sua elegerat salvandum". (hucusque Card. Doeber). Nos vero, posita virgula post ultimum verbum, audere cogemus:

"...salvandum, eluti a Sacra Scriptura in foedere inito inter Deum et Noe figuratur".

Ad n. 8:

16, 19ss: Novus numerus placet. uadetur tantum ut aliquid circa finem dicatur de distinctione Traditionem divinam et traditiones ecclesiasticas. Haec stinctio nobis videtur magni momenti tum ob rationes oecumanic cum ad vitandos nonnullos conflictos domesticos.

Ad n. 11:

27, 11-16: Textus videtur insinare quod totus et unicus effectus inspirationis est inerranti. Desideratur ut aliqua emendatio fiat qua in lucem ponantur alii aspectus maioris positivi charismatis inspirationis.

Ad n. 14:

33, 1-5: Forsan etiam hic posealiquid innuere circa foedera ante Abraham, prout ad humanitatem tempore praehistoriae referuntur.

Ad n. 19:

38; 13 - 30: Textus valde placet. Modo etenim prudenti aggreditur quaestio-  
nem de indole historica Evangeliorum, quin eisdem genus hodier-  
num historicum tribuatur. Exaggerationes scholae sic dictae  
"Formengeschichte" sedulo vitantur.

Ad n. 25:

- 45; 38: Proponitur ut pro verbo "Ecclesia" dicatur "ecclesiastica auctori-  
tas". Ratio est ut vitetur in textu conciliari identificatio Eccle-  
siae cum Hierarchiae regimine.
- 46, 9s: Pro verbo "debitis" adhibeatur "aptis". Ratio est ut vitetur sen-  
sus polemicus prioris vocis.

Hae emendationes proponuntur a Patribus quorum nomina in annexo elenco  
recensentur et probatae fuerunt ad minus a 23 Patribus, quandoque vero a 28.

Romae, d. 1. Octobris 1964.

+ Radulfus, Card. Silva Henriquez,  
Archiepps. S. Iacobi in Chilia.

Patres quorum nomine emendationes pro Schemate de Divina Revelacione proponuntur:

Ex Bolivia:

Armandus Gutiérrez G., Epps. Aux. Pacen.  
Georgius Manrique, Epps. Oruren.

Ex Argentina:

Hieronymus Podestá, Epps. Avellanedien.

Ex Chilia:

Radulfus, Card. Silva Henriquez, Archiepps. S. Iacobi  
Emmanuel Sanchez, Archiepps. Ssmae. Conceptionis  
Alafidus Cifuentes, Archiepps. Serenen.  
Alafidus Silva S., Archiepps. Tit. Petrae in Palest.  
Augustus Salinas, Epps. Linaren.  
Franciscus Fresno, Epps. Copiapen.  
Franciscus Gillmore, Epps. Tit. Auzien., Vic. Castrensis  
Franciscus Valenzuela, Epps. Antofagasten.  
Helladius Vicuña A., Epps. Chillanen.  
Gulielmus Hartl, Epps. Tit. Estratonicen., Vic. Ap. de Araucania  
Alexander Menchaca, Epps. Tit. Pinaren.  
Josephus Aloysius Castro, Epps. S. Philippi de Aconcagua  
Franciscus Valdés, Epps. Osornen.  
Iosephus Valle, Epps. Aux. Iquique.  
Emmanuel Santos, Epps. Valdivien.  
Radulfus Silva, Epps. Aux. Rancaguen.  
Raimundus Salas, Praelatus Nullius Aricen.

Ex Colombia:

Angelus M. Ocampo, Archiepps. Tunien.  
Raphael Sarmiento, Epps. Ocanen.  
Alphonsus Uribe, Epps. Aux. Carthaginen.  
Michael A. Medina, Epps. Monterien.

Ex Mexico:

Sergius Méndez A., Epps. Cuernavacen.

Ex Uruguay:

Alafidus Viola, Epps. Salten.  
Robertus Cáceres, Epps. Melen.  
Orestes Nuti, Epps. Canelonen.  
Marcellus Mendiharat, Epps. Coadi. Salten.  
Henricus Cabrera, Epps. Merceden.

Romae, d. 1. Octobris 1964.

In quorum fidem, etc.

+ Radulfus, Card. Silva Henriquez,  
Archiepps. S. Iacobi in Chilia.